

A quas intra urnam coniectas matri Julig ad sepulchrum remittit. Spartianus. Dion.

Chilpericus Gallorum Rex, in venatione à Landrico uxoris Fredegundæ adultero, in saltu quodam obruncatus est. Mich. Rivius lib. 1. de Regib. Francor.

Thorifmundus Vestgothorum Rex, Tolosa tertio anno regni sui egrotans, dum sanguinem à vena mittit, ab Astalio (Aculum vocat Sigonius) proprio cliente (substractis antea armis) trucidatus, perfidia fratris Theodorici & Eurici; virili tamen manu, quam liberam habebat, scabellum tenens, aliquot ex insidiariis occidit. Jo. Magnus lib. 16. cap. 25. & Crantz. lib. 2. Suecia cap. 6. Sigon. lib. 13. Imp. Occid.

Constantinus Androeni Britonum in Gallia Regis F. regnum Britannia majoris in Albione, victis Scotis atque Pictis, adeptus, virtute invictus, à duobus ficiariis, qui se blanditiis suis regi familiarissimi reddiderant, in cubiculo interceptus est. Percussores igni sunt exusti. H. Boeth. lib. 8.

Malcolmus Scotorum Rex, quum majorem more regnum juris dicendi causa quodstrat, in Moravia vici, quindodecimo regni sui anno, quòd jus in latrones severius exercuisset, paucorum conjuratione insidiis peritus, noctu est extinctus. Cedis auctores ligatis brachiis pedibusque equis acti in diversum membratum sunt dispersi, eorum inde artus per civitates editis locis suspensi. Qui facinus primum excogitarant subornantque, alios ad id audendum, acutis siccibus corpora perfolli in cruces sunt acti. H. Boeth. lib. 11.

Haraldus atque Knuto Gormonis Danorum Regis F. auri sunt Hiberniam bello lacefere, Duffnamque urben regionis metropolitani obsidere. Rex gentes paucos speculandi gratia, quid hostis moliretur, misit in vicinum nemus: qui firmata jam obsidione, quòd jus in latrones severius exercuisset, paucorum conjuratione insidiis peritus, noctu est extinctus. Cedis auctores ligatis brachiis pedibusque equis acti in diversum membratum sunt dispersi, eorum inde artus per civitates editis locis suspensi. Qui facinus primum excogitarant subornantque, alios ad id audendum, acutis siccibus corpora perfolli in cruces sunt acti. H. Boeth. lib. 11.

Haraldus atque Knuto Gormonis Danorum Regis F. auri sunt Hiberniam bello lacefere, Duffnamque urben regionis metropolitani obsidere. Rex gentes paucos speculandi gratia, quid hostis moliretur, misit in vicinum nemus: qui firmata jam obsidione, quòd jus in latrones severius exercuisset, paucorum conjuratione insidiis peritus, noctu est extinctus. Cedis auctores ligatis brachiis pedibusque equis acti in diversum membratum sunt dispersi, eorum inde artus per civitates editis locis suspensi. Qui facinus primum excogitarant subornantque, alios ad id audendum, acutis siccibus corpora perfolli in cruces sunt acti. H. Boeth. lib. 11.

Quorum unus sagittanti arte peritior, quum Knuto nem spectandis ludis otiosum cerneret aitare, jaculum ex insidiis misit, juvenemque lethali vulnere percussit. Ille dissimulato dolore, illud præcepit suis muros scandere, omnique conatu oppugnare mœnia: ne sui vulneris dolorem hostes persentiendo, fideat aliquid aut lætitiæ assequerentur. Nec antè se vulneratum prodidit ad mortem, quam mœnia à suis capta conficeret. Crantz. lib. 4. Danie, cap. 18. ex Saxon. lib. 9.

Ann. Chr. 1407. Caroli VI. Regis frater Ludovicus Aurelianorum Dux, cum à Regina ex puerperio decumbente multa jam nocte rediret, occiditur. Percussoribus à Joanne Duce Burgundia ob regnum emulo immisso, ne quis à tergo ultor insequeretur, murice post se, dum in aedes Burgundionis se reciperent, sparsit. Inde se ex urbe in Atebates receperit. Amel. lib. 10.

Conradum Ferrarensem Marchionem, bello sacro sub Philippo Augusto & Ricardo Anglo Regibus, Tyri otiosè in foro inambulante, duo assassini occiderunt: retractique ex fuga, velut egregio edito facinore, alacres cum gaudio ad supplicium traditi sunt. Alii eam assassinorum famam falsam arguunt: & occisum à Teronienf, percussoribus dolore sponie ductæ submissis, credunt. Elia, casti Ferratenf uxot, ad quam jure dotali regnum pertinebat Hierosolymitanum, Anglo conciliante, nupsit Henrico Campaniæ Comiti. Amel. lib. 6.

Bartholomæus Cocles Copono cuidam prædixerat, quòd brevi secessus homicida futurus esset: similiter Hermeti tyranni F. futurum, ut exul acie cæderetur. Hermes igitur fatali metu percussus, Copono clam imperat, ut Coclitem in aedem interficiat. Præviderat necis discrimen Cocles: ideoque secreta galea caput munerat, ingenti gladio, quem peritissime ambabus manibus regebat, semper armatus. Verum à Copono bajuli habitu personato, dum seræ ostii, calculo injecto præpediat, clavem infereret, adacta in occipitum securi interfectus est, nullam aliam parati facinoris causam afferente Copono, quàm quòd ipse Cocles brevi homicidam futurum asseruisset. Jovius in Elegiis.

Alfonfus Davalus dux clariss. qui Ferdinandi Aragonit regis in terra Italica copias duxit, Neapoli à servo natione Mauro, de prodicione noctu in colloquio accitus, veruto transfusus interit. Brut. lib. 4. Hist. Flor.

Bassianus Landus Placentinus, Philosophus & medicus clariss. & publicus Theoricæ professor in Patavina schola, Jo. Bapt. Montani discipulus & successor, anno 1562. 24. Octobris, noctu domum rediens, ante janam suam à sicario sub-

ornato à Veneto patricio (qui post in publicis vinculis ex- piravit, & hoc facinus, à se institutum, à famulo peractum, & Albertum Allobrogem Peripateticum domi lucubrante in suapte interfectum manu factus) septem vulneribus clam impetitus, ultima Octobris expiravit, secunda noctis hora, & in templo Eremitanorum Patavii sepultus fuit. Causa insidiarum incerta: atque ut ea constet, quamvis tanta esse debuit, quæ nefarios homines ad tantum Patavini gymnasii deus extinguendum impelleret?

Joannes Poltrocius, Mercesens patriæ Engolismensis, bello primo civili Gallico, Lud. Borboni Condeci principis castra secutus, cum Claudii Guisii Ducis & arte & fortuna bellica plurimum negotii Hugonotus exhiberi videret, ejus interficiendi consilium cepit: neque id apud suos occultum habuit, cum jactabundus diceret: Non alia quam Poltrotti manu Guisium castrum. Et jam toto serè biennio hoc facinus animo conceptum coquere, sed rei terribis magnitudine, inconsiderantiam suam sæpè detestari cœperat. Cum tandem ann. 1562. gravi obsidione Guisius Aurelios premeret, neque spes ulla oblectis amplius assurgeret, sed ad non dubiam interfectionem, quando ne infantibus quidem hæreticorum ipse periculum Guisius profitebatur, res spectare videretur: ipse fœmetipsum cohortatus, acerrimum Hugonotorum hostem à medio tollere statuit. Ergo ad Guisium profectus, arma quæ contra regem cœperat, in ejus manu se reponere paratum simulans, humaniter recipitur. Captata inde occasione, 18. Febr. cum Guisius speculandi causa Ligerim superasset, in reditu è navicula egressum, uno solo comitum, sclopeto tribolo à tergo trajecit, & celere fuga sibiipsum consulit. Cum ad Trajectum in insidiis lateret, fertur equo ad arborem alligato, flexis humi genibus, Dei vel misericordiam impediendo, vel opem in perficiendo eo facinore, si voluntas ejus esset, suppliciter implorasse: & mox veluti redivo animi ardore alacrem in incepto perstitisse. Tota ea nocte hinc inde errans, movens quidem, sed viarum errore nihil promovens, cum defatigatus se quieti dedisset, comprehensus, Parisios abductus, & tormen- tibus subiectus, conficiens & suafores facinoris detulisse fertur Admiralium, & Theod. Bezam, quorum ille muneribus, hic æternæ beatitudinis & immortalis famæ spe facta amplissima, vel invitum ad hoc facinus pepulisset. Cæterum illi calumniam hanc ab æmulis sub Poltroci confectam nomine lulentem scripto diluerunt. Et verò multi Poltroctum spe venia consimilia quadam protulisse arbitrantur, quæ tamen ad extremum, dum quadrigis dicebantur, revocant: Sese auctorem facinoris tam præclari solo religionis zelo motum prædicando, ut qui planè peritulum haberet, non nisi sua manu magnanimum illum & solitariæ Guisium occumbere perussisse, Poltroctum septennio post pari eventu, causa conatque disparè imitatus videtur Montequis, Ducis Andium, fratris Regis Caroli IX. Excubitorem præfectus, qui 12. Martii Ludovicum Borbon. principem Condeum prope Engolismam in acie captum, & à duobus nobilibus in fidem acceptum, sclopeto à tergo trajecit: sed tanto inferior Poltrocto, quòd hic liberum, ille captivum interficere ausus est.

HABITUS INTERFECTI à Sultis.

Charileus Meandri (qui post Polycratem tyrannidem Sami occupavit) frater, stultus & amens in loco subterraneo vincus detinebatur. At cum Periaz Duce Otane Sytolontem exulem, fratrem Polycratif tyranni, in insulam reduxissent, à Meandrio solutus, acceptis militibus Periarum, proceres plurimos specie deditiosis interfecit, & mox ipse cum suis omnibus cæcus occubuit. Herod. lib. 3.

Ataulphus Vestgothorum Rex, & Alarici, qui Romam cepit, successores, Gallia & Hispania, Vandalis domitis, pacata, demum à Vernulpho bivestimæ fature viro, cui sæpè illud de solebat, interfectus est. Bonfin. lib. 2. Dec. 1.

Theudius Rex Vestgothorum à quodam infaniam simulante occisus fuit in regia, an. 387. Dum expiraret, veruit interfici percussorem, dicens, se congruam meriti vicissitudinem recepisse, quòd & ipse privatus commiserat in ducem suam. Roder. Toletan. lib. 2. rer. Hist. cap. 12.

Ludovicus I. Bojorum Dux, Palatinus Rheni, ann. 1231. 16. Kalend. Octobris, Kelheimi, dum post cenam in ponte deambularet, à Stichio mortione, quem post cenam in ponte cultello lethali vulnere fauciat, moxque in conspectu omnium aulicorum exanimatus corruit. Alii dicunt eum ob illatum stuprum alienæ uxori, à duobus feris pueris, quos maritus vio-

A violatæ conjugis, avidus vindictæ, soltos pecudes & quicquid digito monstrasset dilaniare, educarit, dilaceratum esse. Hier. Ziegler. in Hist. illust. virorum Germ.

Boleslaus II. Monstherbergenf princeps in Silesia, à mortione, quem ad iram provocaverat, jactu lateris occisus est in arce Bolkenhano. Curcus in Silesia Annalib.

Anno 1574. 26. Octobris, res è Societate Jesu Religiosi, Coloniæ Agrippinæ à Gerardo Peichio Kampenfi, ejusdem Societatis, mente tamen correpto, confossi fuerunt: Leonardus Kessel Lovanienf, Jo. Rhetus Colonienf, Gymnasii rector, Theologia Doctores, & Nicol. Faber, Leodienfif minister. Cum enim Gerardus ob infaniam in domesticam custodiam esset inclusus, quò magis coerceretur, eò magis exagitari cœpit infania: ut laceratione vestium, diurnis item nocturnisque clamoribus non modò Collegium, sed & viciniam perturbaret. Cum per intervalla se furor remitteret, laxata est custodia, & paulatim eò est adductus, ut Refectorii cura suscipienda ad mensam legeret, & nonnihil operis aliquando faceret. Hoc modo sine maleficio ad triennium inter fratres liberè verius est. Tandem ob quassam nugas ab arculariis B objurgatus, molestè illi tulit: cum alter arculariorum se ad præfectum collegii, cui obtemperare cogebatur, eum delaturum minaretur. Itaque Leonardo cum Rhetio in hortu proximo inambulanti, & literas legendi, minas arcularii renuncians, cum responsum non quale volebat restitisset: ecarium cultum, exiis, quorum usus fuerat in refectorio, in lateribus circumfusus, uno solo comitum, sclopeto paulò post sequerentur, nam occulto vulnere, ut eum vulnerato nemo ante animadverteret, quàm ille paululum progressus, defluentibus è manibus literis, in terram corrueret. Interveniens minister, dum clavibus passis se defendit, crebris ictibus, cultro in costis circa cor fracto, deinde fronte cruentata, paulò post occidit & ipse. Rhetius interea accedit ad hominem infanum, blandè illum cohibiturus: sed in eo officio ipse quoque vulnus simile accepit in pectus lethale: & delatus in propinquum hypocaustum, antequam chirurgus accessisset, expiravit. Histor. extat in Teatro urbinum, sub pictura Colonia.

Ebruis.

Cum Alexander M. post sacra Castoris & Pollucis in cena Clatis vino, Pranychi cujusdam, aut, ut alii volunt, Pierionis carmina in duces, qui pridem à Barbaris victi fuerant, scripta decantari summa cum arbitrio audiret: Citus contra vino gravis cum aliis quibusdam fremeret, negans convenire, ut inter barbaros & hostes, Macedones præstantiores, etiam infesta essent fortuna usi, ludibrio præstantior, multis ultro citroque acerbè dictis, haut ultra per ire Alexander ex malis appollitis uno conspecto percussit Clitum, & gladium quæsit; quem cum Aristophanes fatescit subtrahere maturasset, alii que eum complecterentur & obsecrarent, tum ablata cuidam satelliti Alexander hasta, obvium Clitum removementque velum janæ transfudit. Quo cum genuit & fremitu cadente, mox ira ejus decessit. Pint. in Alex.

OFFICII, PROFESSIONIS.

A Monachis. Sacerdotibus occisi.

Erasinorix Gallia tetraarcha, ut Cammam Sinati uxorem ducere posset, maritum veneno tolli curaverat. Hinc Cammam ambiens, dia licet refragantem, amicis instantibus, eò permovet, ut simularet suum consensum. Venit igitur Erasinorix certa quadam die, comitantibus eum omnibus Gallis. D Quem illam perhumaniter exceptum ad aram adducit, & ex aurea phiala bibit: partimque ipsa ebibit, partem illum bibere jussit. Qui tanquam sponfus à sponfa cum voluptate acceptum bibit. Illa cum eum bibisse cerneret, magna voce exclamavit, Deamque in genua procumbens adoravit, inquit: Gratiam habeo tibi veneranda Diana, quòd mihi concesseris in tuo templo, pro marito mea causa interfecto supplicium exigere. His dictis, confestim & ipsa mortem obit, & sponfus cum ea simul ad aram Deæ vitam reliquit. Erat enim posticus hic venenum multo mistum. Polyen. lib. 8. & Alexand. lib. 2. c. 5.

Medicis.

Consule Tit. Venescorum. Item Veneno necatorum.

Major Dionysius, cum graviter morbo confisteretur, quæsit à medicis Dion, si forte majori esset periculo, ut sibi fateretur: nam velle eum eo colloqui de partiendo regno, quòd sororis suæ Aristomachis filius, ex illo natus, partem tradi putabat debere. Id medicis Dionysio filio cum restitissent, commotus ille, patri soporem medicos dare coegit. Hoc

ager sumpto, somno sopitus, diem obit supremum. Probus E in Diane.

Coffinum equitem Romanum, amicitia Neronis principis notum, cum is lichene correptus esset, vocatus ex Ægypto medicus ob hanc valetudinem ejus à Cæsare, cum cantharidum potum preparare voluisset, interemit. Plin. lib. 29. cap. 4.

Nero Imp. eò quòd cum matre Agrippina similitates exercebat, amitam Lepidam, à qua fuerat educatus, ex duritia alvi laborantem, largius purgari à medicis jussit, ejusque bona diripuit, suppresso testamento. Sueton.

Senatus factus certior de morte Gordiani III. Marcum quandam virum gravem ac sapientem, quem Philosophum cognominat Zonaras, Imperatorem legit: Qui subita morte in palatio, ubi habitabat, decessit. Nec successores dilatus est, statimque lectus à patribus Severus Osilianus: qui repens cum incidisset in morbum, medicis malè venat solventibus occubuit. Interea literæ Philippi missæ, in Senatu lectæ sunt, quibus rogabat, ut patres ipsum Augustum confirmarent: quòd factum est. Cypri. & Sab. lib. 6. En. 7.

Grimoaldus Longobardorum Rex, cum nono die post phlebotomiam, accepto arcu columbam percutere nitus esset vena brachii ejus dirupta est, & sopponentibus ei medicis venenata medicamina, periit. Sigeb. in Chron. & P. Diac. lib. 5. c. 30. hist. Longobard.

Germani in Italiam, unde petebatur Augustum nomen, irruptionem facturi erant. Carolus Calvus, rapto trans Alpes exercitu, arcere hostes transeunsi Rhetorum montium positus prædium parabat, cum Mantuæ correptus morbo moritur, accepto veneno à Sedechia Judæo medico. Nec tradunt auctores, quo sollicitatore corruptoreque id scelus perpetravit Hebræus, neque scivimus in eum sit, ut domesticis magis insidiis quàm externis peritus oppressisque Calvus videatur. Necesse est, fuisse parricidii auctores summos viros, quorum magnitudo nefarium scelus memoriamque obcuravit, & impunitatem tulerit, dederitque. Amel. lib. 3. Eius corpus dum exenteratum & multis aromatibus conditum, in Franciam alicui efferti cupiunt, cadaveris putredinem ferre non valentes, Vercellis humaverunt in D. Eusebii martyris aede, anno salutis 878. Post annos septem ad D. Dionysii delatum est, per admonitionem visionis cujusdam, quæ filio regi revelata fuerat. Cypri.

Jacobus Papiensis Cardinalis, vir doctissimus sub Paulo II. cum quartana morbo laboraret, ad depellendum phlegma quòd inhæserat stomacho, ignobilis cujusdam Picentis medici consilio accepit helleborum, malè, ut creditur, ab illo temperatum. Quo hausto, altissimo somno correptus, minis diei spacio, in oppido Laurento 3. Idus Septembris vita excessit, anno ætatis suæ septimo & quinquagesimo. Jacob. Volaterran. in ejus vita.

Julius III. Pontifex ad arcendos intolerabiles podagræ cruciatu, quum imprudenti medicorum consilio novis se præcepis munisset, incidit in febrem, quæ in hora gravius lacessens, intra paucos dies cum extinxit, quum vixisset ann. lxxix. sedisset autem annos v. Pavinus.

Bajazethes II. Turcar. Imp. à medico Judæo Hamnone, qui salutiferæ potioni iussa Selimi filii venenum miscuerat, è medio sublatus est. Jovius in vita Bajazethis.

Naviculariis.

Julianus Cardinalis, auctor violandi inducias cum Amurathe in decennium pactas, è prælio ad Vernam ann. 1444. commisso fugiens, à Transalpino naviculatore, cum per Danubium veheretur, propter aurum quòd secum ferebat, occisus, & in profluentem nudus dejectus, periit. Callimachus in vale quadam à latrone spoliatus, & à Gregorio Senacio prætercurrente conspectus, & cum exprobratione perfidia inscripserunt, perisse scribit. Æn. Sylvius c. 5. Europe, & Cromerus lib. 21.

Cubiculariis.

Domitianus Imper. in cubiculo à suis ministris, conficia etiam uxore Domitia, multis vulneribus trucidatus est. Senatus Romanus cadaver ejus populari sandapila per vestigiones contumeliosè, more gladiatoris, efferti jussit. Suetonius, Eutropius.

Sverconem Svononum Regem, servus qui cubiculo ejus præterea, noctu dormientem occiderat. Quòd scelus Numen, haud

A conversus, ex illis aliquot confecit, & mox tumuli concita-
to, Ulysem, sed incognitum, hastili confodit, cujus erat sum-
ma pars osse turris marinae communia, insulae argumento,
in qua natus erat ac educatus. *Cel. lib. 11. c. 17. A. L.*

Medea pollicia Jafoni, se Peliam Theffalorum Regem, ob
occisos Jafonis parentes & fratres, suis dolis necaturam: re-
glam Pelia adiens, asseruit, Dianam à draconibus per acrem
delatam, magnam orbis partem circumfisse: ut autem per petuò
coletetur, elegisse omnium regum pulcherrimum: mandasse insu-
per sibi, ut fenestram Pelia in adolescentiam verteret. Rex
obstupescens, jussit Medeam in seipfa experimentum ejus rei
edere. Illa petens, ut pura aqua ab una ex filabus asferretur,
cum se in thalamo incluserit, & unxisset corpus, herbarum vi-
ribus in priorem atatem restituta est. Fecit quoque, ut draco-
num specie dea per acrem ab Hyperboreis vecta, apud Peliam
divertere videretur. Pelias plurimi Medeam faciens, diligen-
ter filias obsequi imperavit, quicquid circa corporis sui curam
mandaret. Sequente nocte cum Pelias dormitum isset, dixit
Medea, necesse esse, ut Pelia corpus in vase aeneo coqueretur,
ejusque rei fidem in arce fecit. Arietem multis annis
B domi nutritum, in frustra divinum decoxit, ac medicamentis
quibusdam ex lebere agni peciem eduxit. Filiae igitur, Medea
jussu, patrem dormientem pulsando occiderunt. Sola Alce-
stis ob insignem pietatem à patre abstinuit. Tum Medeam di-
centi, ne Peliam corpus aut incidere aut coquerent, edisse: sed
ascenso culmine regiae, cum lampadibus filias comitari jus-
sisset, signumque dedisse Argonautis, rei conficiendae tempus
adesse. *Diod. lib. 4. c. 2.*

Visit Gothorum Rex ob summam avaritiam in omnium
odium adductus, à propriis filiis, quibus contemptus fuit, ni-
hil tale timens, duce Donaldro natu majore (ut ait Erius
Upsalensis) cum tota familia immisso igne combustus est. *Jo.
Magnus lib. 7.*

Jacobus Carrariensis Dux V. Marfilietum Papavium du-
cem IV. Patavinum, imperandi libidine è medio fustulit. Ve-
rum non multò post à Gullelmo spurio suo evocatus à mensa
multis vulneribus confossus fuit, eò quòd per jurgium Gullel-
mum bastardum, hoc est, nothum, vocasset. *Bern. Scardeon.
lib. 4. hist. Patav.*

C Fratribus.

Huc refer Tit. Parricidarum. Illic Agentis injusti,
hic Patientis ratio habetur.

Typhon Olyridem Egypti Regem fratrem interemptum in
sex ac viginti partes dissecuit, & cuique eorum qui secum tan-
ti sceleris participes fuerant, partem dedit, veluti ejus facin-
oris conficis, & simul ut ipsos defensores custodelque haberet
regni fidos. Sed ab lide postea Typhon unà cum cæcis con-
fiscis interemptus est. *Diod. lib. 1. c. 2.*

Miles quidam, dum occiso spolia detraheret, fratrem nu-
dato cadavere agnovit, ac detestata bella civilita, semetipsum
ibi perimens, fraterno corpori adjunxit. *August. de Civitate
Dei, c. 25.*

In Gothia meridionali spectantur duo tumuli, ingentibus
faxis, cipporum loco, imposita habentes duorum Fratrum
corpora, quibus ab auspice in prima adolescentia prædictum
fuerat, fore ut mutuis vulneribus conciderent. Fatum decli-
naturi, peregrinationem ad remotissimas maximèque contra-
rias orbis partes suscepere. In extrema fenestra demùm in
patriam reversi, cum quisque fratrem jam pridem mortem obiis-
se speraret, non procul ab oppido Jonaco sibi invicem occur-
rerunt ignoti, & salute vitò citroque dicta & accepta, sub pinu
proxima quieverunt. Mox rixantibus eorum canibus, ipsi quo-
que ad jurgia primùm, inde ad vulnera mutua proruperunt,
animamque trahentes, & fratres se agnoscetes, in mutuis
complexibus expirarunt. *Olaus lib. 1. de ritibus Septentr. c. 31.*

Sorarius.

Chenelmus, Cenulf Merciorum Regis optimi optimus F.
& ad res divinas tantum inentus, opera Quendredae fororis
longè seculissimae mulieris, in prima pueritia ab educatore
suo jugulatus, & ne facinus unquam proderetur, in loco devio
terra humatus est. Sed non multò post per schedam quandam
aureis literis scriptam, & super altare in aede D. Petri positam,
parricidium hoc manifestatum est, & ubi loci corpus jaceret
indicatum. Quod inventum, honorificè in cenobio Vinchel-
cumbensi sepulchrum est. Quendreda oculis capta, diversisque
cruciatibus afflicta, miserrimè perit. *Polyd. lib. 4.*

Nepotibus.

Joannes, Rodolfi Ducis Sveviae F. in finem nobilitatis quo-
rundam ab Alberto II. Imp. patruo & tutore regiones paternas
sibi restitui petiit. Caesar corona ex arboris vicine frondibus
pueri caput ornans, Haec tuam aetatem ferta decent, fili, in-
quit, nò læcepta. Eo factò magis irritatus, cum quibusdam spio-
rum contra patruum conjuravit. Itaque cum Imperator Ther-
mis Helvetiis mense Majo Reinfeldam petere, & Ursam fl. ad
Vindonisenfem tractum navi superaturo esset, Joannes Im-
peratorem nonè sequitur officii causa, expectante interim co-
mitatu in ripa, donec navis rediret. Posteaquam trajecere,
occurrunt Casari conjurati. Quibus conspectis, Joannes
equo delapsus, freno equum Imp. apprehendit, & Nunc vindic-
tae tempus est, clamat. Accurrunt reliqui, & Albertum in
colle, quà à tractu ascenditur, occidunt, cum comites ejus
trans fluvium eadem frustra spectarent. Anno Domini 1308.
Stumpf. in Chron. Helvetia.

Generis.

Ixion Phlegia F. Diam, filiam Dejonè, uxorem duxit. Cum
pollicitus esset se multa munera foreo daturum, & ad illa ac-
cipienda venisset, Dejonem, cum Ixion in foveam carbona-
riam, quam recentissimis tabulis speritus intraverat, detru-
sit. Ob quam eadem furore tandem correptus est, quia primus
esset ausus in affinitate conjunctum manus inferre. *Virgil. lib.
3. Georg. Natalis Comes Mythol. lib. 6. c. 16.*

L. Tarquinius, occisi legitima uxore, & ducta Tulla uxoris
sorore, utraque Servii Tulli filia, idque ex Tulla in finem, quò
commodius regnum invadere possent: posteaquam ex-
haustam populo civitatem vidit, cum licitoribus regaliq; ha-
bitu repente in forum processit, inde curiam ingressus, per
præconem jussit ad se patres vocari. Invidiosæ orationi super-
venit Tullius, trepidè domum exiit, Tarquiniumque regla
sella sedentem intuitus, impetu in eum furor. Quem Tar-
quinius intrepidè excepit, non solum repulit, sed medium
etiam complexum sublatumque in curia in inferiores partes
per gradus dejecit: indeque sublatum, per quosdam latrones
in summa Cypri parte domum properantem interfici curavit.
Sab. 5. Ennead. 2.

Affinibus, Cognatis.

An. 1537. Laurent. Medices, gentilem & propinquum
suum Alexandrum Medices, Florentinum principem, noctu
per insidias interfecit, cum in suas aedes eum traduxisset, in-
jecta spe potiunde cuiusdam matronæ nobilis, vicina suæ, quæ
forma & pudicitiae laude cæteris anteibat. Eo sublato, sum-
ma rei pervenit ad Cosmum Medices, qui de voluntate Casaris
in matrimonio postea duxit Petri Toletani proregis Nea-
politani filiam Eleonoram. *Jovius.*

Conjugibus.

Consule Tit. Persidae erga conjugem. Item,
Venefici. Item, Poena persidae erga conjugem.
Candoles Lydorum Rex, cum Gygi Dalcylia F. quamvis in-
vito pulcherrimum uxoris nudæ offendere vellet, eum in le-
cretiore cubili partem pertraxit. Ubi regina partem om-
nium inscia, cum postis vestibus regium cubile ascendens,
Gygem sese occulte foras proripientem nò sine rubore vidisset,
postero die Gygem accessit, eique turbato animo duo propo-
nit: Aut ipse moriatur, aut regem interficiat. Gyges five
imminentis motu periculo, five regni cupiditate, five utroque
ferro instructus, eadem cubili parte, qua nuper in insidiis
locatus, nocte proxima regem somno profusus obrunca-
vit, simulque ejus thronum & tyrannidem occupavit. *Sabell.
lib. 3. En. 2.*

De Apro qui Uxorem sagitta interfecit, *Mart. Epigram-
mat. lib. 10.*

Dotatæ uxori cor arundine fixit acuta,
Sed dum ludis Aper, ludere novit Aper.
Amalafuntha Gothorum regina, Aialarici mater, à Theo-
dato (quem mortuo filio regni focium accliverat) in balneo ju-
galata est. *Paul. Diacon.*

Galonda Athanagildi Gothorum Regis filia, à Chilperico
marito noctu jugulata est, insua Fregundæ pellicis. *Vol-
ter.*

S. Ganulphus martyr suavi uxoris adulteræ, cum qua divotum
fecerat, noctu ab adultero jugulatus est.

Amasis.

Erippe Xanthi, hominis apud Melitenfes primi, uxori, à
principe Celtarum in Jontam irroptionem facientium rapta, cum

A cum Xanthus eam repetiturus esset, impetrassetque id à princi-
pe: Erippe Celtae indicat auri multitudinem, quòd secum Xan-
thus apportasset, suat, ut eum occideret: conficens, se
ipsum amore plus quam patriæ & pueri bimoli domi relicti te-
neri, Xantho verò se penitus esse infestum. Occultavit indi-
gnationem Celta, & Xanthum comitans, ubi ad fines Celtæ
pervenit, sacrum se facturum inquit, Erippe victimam
altare jussit de more, & incautus caput amputavit: Xantoque
simul revelans insidias ab ea paratas, omne aurum illi libera-
liter donavit. *Parthen. de Amat. c. 8.*

Trambelus, Telamonis filius, Apriates puellæ in Lesbò
amore captus, multa faciebat, quò puellam illecearet. Verùm
quum illa nihilo mitior fieret, meditabatur dolo ac fraude eam
circumvenire. Euntem itaque aliquando unà cum ancillis in
paternum rus, non procul à mari situm, ex insidiis adortus
apprehendit: & quum illa multò magis pro virginitate sua tu-
tanda oblectaretur, iratus Trambelus, præcipit eam in
mare, sive, ut alii volunt, ipsa seipfam præcipitem dedit.
Trambelus non longè post ab Achille prædam ex insula Lesbò
argentea, ignaro quia esset, interfectus fuit. *Parthenius c. 26.*

B Eroticorum.

Anthelus à Clobæa, cujus stuprum recusat, interfectus
est. *Parthen. in Erot. c. 14.*

Paufanis cum ad Hellepontum Byzantiae & sociorum clas-
sis Imperator castra haberet, virginis Syrtæ Cleonice cupi-
ditate accensus est. Cum verò prima nocte Cleonice ad ip-
sum jam dormientem perducta, fortè accensam lucemam de-
jecisset, repenè strepitus est excitatus: & sibi consiliorum de
Græcia prodensa conficis, perterrefactus, virginem igno-
tam acinae tranverberavit. *Paufan. in Att. à Byzantino ho-
mine hæc se vidisse scribit.*

Hippartius Syracusiorum tyrannus, ab Achæo amasio oc-
cibus est eò gladio, quò contra supatores jussu Hipparintuti
debebat, cum eum noctu incognitus tenaret Hippartius.
Parthen. in Erot. c. 24.

Hercules Stroza Hippolyte & Callimachi amantiū mor-
tem eleganter his versibus explicat:

Ruperat Hippolyte data fœdera, patre coactus
Amilium uxorem ducere Callimachus.
Illa fuit, sed dissimulat, noctemque cupit am-
Pollicia, incautum transadigit gladio:
Et spectante illo (quid non mulieribus cogit
Corda amor?) usa sua dextera esse perit.
Non grave obire proco, sed non obisse repente:
Non doluit proprio vulnere, sed amine.

Primachus servus quidam in insula Chio, fugitivus in mon-
tes multis aliis accurrentibus servorum dux declaratus est.
Multis ultrò citroque datus & acceptis cladiibus, certis condi-
tionibus fœdus initum est. Sed postea civitate edicto multum
ei pecunie promittente, qui aurillum comprehenderet, ante
caput ejus asseret: Primachus jam senex amasium suum se in-
terficere, & capite Chiis oblato mercedem accipere jussit,
recurrentem coegit, tantopere illum amavit. *Athen. lib. 6.
c. 7. ex Nymphodora.*

Amicis.

Vide Tit. Ab Imprudentibus occisi. Item,
Amicis perfidi.

D Alexandro Mag. Castori & Polluci sacrificante, Clitus
summus ejus amicus etiam venit ad cenam. Sed cum à qui-
busdam carmina Pranychi, aut Pterionis, in ignominiam quo-
rundam ducum à barbaris victorum scripta, summo cum ap-
plantu regis decantarentur: Clitus jam vino gravis fremere in-
cepit, negans convenire, præsertim inter barbaros & hostes,
Macedones ludibrio haberi. Multis itaque ultrò citroque di-
ctis, Alexander ita percussus, malo perit Clitus, gladiumque
quæsitiv: quo subtrahito ab Aristophane satellite, rex cuidam
alteri satelliti hastam abstulit, & obvium Clitum removen-
temque velum janæ transevit. *Plur. in Alex.*

Dion Syracusanus à Dionysii tyrannide liberat. Erat Dio-
ni amicus quidam Atheniensis Callippus: qui eum ad bellum
secutus, honestum ordinem habebat, atque ingressus cum eo
Syraculas, est primus amicum omnium coronatus, præbue-
ratque se strenuum & insignem bellatorem. Amicis interim
Dionis primariis & optimis bello absumptis, sublatoque He-
raclide navarcho, Callippus populum Syracusanum cernens
duce orbem, & Dionis milites sui cupidus: Siciliam interfecti
hoipis habiturum se sperans præmium: & ut aliqui conme-

morant, insuper viginti talenta cædis ab hostibus mercedem E
accipiens, nonnullos mercenarios milites subornavit in Dio-
nem, rumoremque dissipavit inter Syracusanos, orbem jam
liberis Dionem (ejus namque filius paucis antè diebus ex tecto
præcipitem se dederat) Dionysii filium Apollocratem, qui fra-
tris uxoris suæ filius, & nepos sororis esset, accire & facere sta-
tuisse successorem. Insidiarum itaque tempus in Proterpalina
consecerunt. Cum in triclinio sederet Dion cum amicis, pars
domum foris cinxerunt, alii ostio ædium & fenestris am-
overunt se. Illi, qui manus ei illaturæ erant, Zacynthii tunicati
abique gladiis sunt ad eum ingressi. Simul illi, qui extrà sta-
bant, fores attraxerunt, obditaque tenuerunt. Alii Dionem
adorti insisterunt eum suffocare & strangulare. Ut nihil pro-
fecerunt, gladium pollulaverunt. Tandem Lycon Syracusa-
nus porrexit per fenestram uni Zacynthiorum pugionem: quo
victimæ modo Dionem oppressum jam dudum & obstupefa-
ctum jugulaverunt. Sic Callippus dominatum brevi potius est.
Plur. in Dion.

Hostibus.

Prælio Mediolanensi, Germani, qui cum Gallo militabant,
Potnerium, proceritate corporis animique virtute inter Hel-
F vetios Duces clarissimum, adæquantem ordinibus, ac faos
clara voce, adjectis in Germanos contumeliis, cohortantem,
sclopotorum ichibus equo dejecere: & vultu obsequio corporis
adipe atque aruna patentibus plagis desistente, crucentis lan-
ceas spectantibus Helvetiis inuxerunt. *Jovius.*

CONDITIONIS.

A PRINCIPIBUS, REGIBUS,
DUCIBUS.

Vide Tit. Fortes duces. Item, Reges crude-
les. Severus, perfidi.

Disparis.

Atrium Aprum, Numeriani interfectorem, Diocletianus
Imp. coram omnibus jugulavit, non tam justitiæ grata, quam
ut Druydæ in Gallia de eo olim vaticinium impleter, quòd
erat: Imperatorem tunc cum futurum, cum aprum interfe-
cisset. *Volat. lib. 24. Ambros.*

Perseus Rex Macedonum à Paulo Emilio funesto prælio
superatus, postquam Pellam nocte ingressus est, Euctum &
Eudæum ætario præfectos, qui ei prælio fuerunt, partim eum
de superioribus peccatis increpantes, & de interpellata libera-
litate admonentes, partim consilia suggerentes, insensum am-
bos pugione confodit. *Plur. in P. Emilio.*

Clodoveus Francorum Rex victo Syagrio Ægyptii Regis F.
cum Rheinis miles quidam Francus è templo calcem rapuis-
set, ejusque nomine à D. Remigio Rex fuisse comamonus, cal-
licem templo restituit. Anno circumacto cum recenseretur
exercitus, idemque miles in armis prodire, prehensa ejus hasta
quasi insperctus, inutilem bello dicitans, in terram rex pro-
jecit: Miltentemque evestigio illam tollere conatum, demitten-
temque se, elata altè securi, quo telo reges tuebantur, in caput
que dejecta, stravit, repetuntque interem. *Amil. lib. 1.*

Pares. Reges à Regibus.

Aur. Ambrosius Britannorum Rex, in societatem pertracto
Scotorum Rege Congallo, & Pictorum Rege Lotho, ad
Mahesbellum Hengistrum, Saxonum Ducem, qui se regem
dixerat, magno prælio vicit, summiq; ducis & strepui militis
partibus functum, omnium postremum inter aliquot equites
fuga se periculo eripientem conspicatus, primo incurvulan-
cea consorsum dejectumque equo interfecit. Qui aderat Sa-
xonici equites, regis sui calu teritii magis quam irati, relicto
Hengistri cadavere inter hostes ad ludibrium, Occam Hengi-
stri F. gravi vulnere faucium secum deportantes, in proximos
montes abiere. *H. Boeth. lib. 18.*

SUBDITIS.

Ragualdus Knaphofde Sveonum Rex, patriarum legum &
regni consuetudinum contemptor, cum aliquando ad terras
Vestgotorum descenderet, præter consuetudinem patriæ il-
lius (habebat enim vestita consuetudine præscriptam, ne
quis regum ad eos accederet, nisi præmissis nunciis & literis,
quibus causam adventus sui declararet) non secus ac patriæ
hostem excipientes, in villa Carlabi occiderunt. *Jo. Magn.
lib. 18. c. 15.*

Jacobus III. Scotorum Rex, exclusis ferè omnibus primæ
nobilitatis viris, ignobiles & obscuros homines aula suæ mu-
neribus obundis præfecit. Eapropter maximum in se odium
nobilitum concitavit. Eoque nomine clanculum conventus
agebantur, & nobiles magno armorum numero stipati ince-
debant. Id quum Joannes Ramaveus, nobilis quidam, cete-
rum potentia apud regem nobilissimis quibusvis prælati, ani-
mad-

Amadverteret, statur regi, ut prohiberet, ne quis in aula arma preter se unum, deinceps ferre auderet. Sipatus ergo numero...

SERVIS.

Rehab & Baana, duces militum Isobethi F. Saul, audita morte Abner, fervente die Isobeth domum ingressi, per speciem...

CAPTIVIS.

Amazones a Graecis ad Thermodontem fluvium victae, tribus a navibus captivae abducebantur. At ille Graecos in mari...

VESTITUS.

Burcardus de Scrapalav Comes, Archiepiscopus Magdeburgensis, xix. annis in Pontificatu peractis, vir sobrius, pius, castus...

tandem viri quatuordecim, de Magdeburgo octo, de Hallis E quatuor, de Calvis duo, personati, led habitu milia (Itali Mat...

A BRUTIS NECATI.

IN GENERE, A FERIS.

A BESTIIS occisi.

Fortuito casu.

Pyrene puella, Bebricis filia, in Pyrenaeo monte ab Hercule compressa, atque a feris ibidem lanata est, & sepulta, a cujus nomine monti quoque impositum nomen.

IN SPECIE.

A LUPIS.

Mempricus vetustus Britanniae Rex, inglorius, cum inter venandum a suis longe abesset, a lupis, quibus id temporis insula abundabat, dilaniatus est.

APRIS.

Alcothoi Regis F. natu major Echeopolis, ab apro Calydonio, adversus quem Meleagro in auxilium missus erat, interfectus. Pausan. in Atticis.

A cophonis citat Aristotelem auctorem: qui & ipse de Ancei fabula meminert, in qua illud variat: Ancaeo vitem instituenti, vatem accensum quempiam praedixisse, non futurum unquam, ut ex ea vinum guttaret: & expresso in calice vino, vatem irrississet.

LEONIBUS.

Jadon Propheta, co quod contra praecipuum Domini cibum in itinere sumpsisset, deceptus a pseudopropheta Bethemsi, in via a leone interfectus, at non dilaniatus.

LEOPARDIS.

Revocatus & Felicitas martyres, a leopardis devorati, imperantibus apud Roman. Valerio & Galieno, sub Tarnutio praefide. Idem.

URSIS.

Bethelensium xiii. pueri, ob exprobratam Elifae prophetae castitatem, a duobus ursis lanati & discepti sunt.

Fallia legionis Asturum Rex, & Pelagii Portugalesis filius, cum biennio regnasset, ab urso in venatione lanatus est.

CERVIS.

Basilus Imp. dum venatur, cervum maximum gladio ferit. Ceterum cornibus zone irretitis, ab irata bellia in sublime eiecit, & exanimatus fuisset, nisi satelles ducto gladio zonam...

ELEPHANTIS.

Ptolemaeus Physicon, mortuo patre Ptolemaeo Philometore, cum Cleopatram matrem una cum filii regis, Imperii occupandi ergo expellere conaretur: Onias Judaeus, Philometoris dux, & amicus, bellum pro Cleopatra suscepit.

EQUIS. VARIO MODO. Utpote.

Praecipitati. Execussi.

Theodericus Gothorum Rex, cum indomitum equum ascendere, hastam erectam (quae ante tabernaculum regium more gentis suae erecta erat) concussit: illa oblique in eum illata, latus ejus vulneravit: quo vulnere etiam obiit.

Conculcati.

Jehu, occupato regno Israhelitarum, Jezabel impiam, quae fuerat multorum causa malorum, jussit praecipitari deorsum. Itaque equorum unguis conculcata est, sic ut sola calvaria capitis ad sepeliendum inveniretur.

Distracti.

Pyrrachmen Eubae Rex bellum Bceotis inferens, ab Hercule pullis equinis alligatus est, ut in duas partes disceperetur.

Hippolytus falso accusatus de stupro Phaedrae nocerae intentato, dum patris Thelci furorem pheret, ab equis Phocaeorum aspectu territis disceperit.

Boetius Perla, urbi Gae praefectus, capta urbe, equis raptus est ab Alexandro Magno.

Hippodorus unus Codridarum, invidiam populi vitare cupiens, & optimi Principis famam inter Athenienses adipsi: filium cum thecho deprehensam curruj jussit alligari, atque discepi.

Meium Suffectum dictatorem Albanorum, ob proditorem & defectionem, Tullus Hostilius Rom. Rex victoriam contra Veientes potius, nudatum regis ornamentis, alligari quadrigis in diversa nitentibus praecipit: cujus corpus agentibus licitoribus & vi equorum trahentium, utroque spectante exercitu, in partes plures disceptum est.

Hippolytus Rom. Martyr, e discipulis Laurentii, sub Decio Principe, ductus extra portam Tyburinam, jussu praefecti Valeriani equis indomitis alligatus & disceptus est.

Carolus M. superatis hinc inde bello Saracenis, Ganalonem ad